RYFF G.—ANATOMIA

1545

Omnium humani corporis partium descriptio, seu vt vocant anatomia,

In qua singula membra ad viuum, picturae lineamentis quam iustissime sunt expressa, in præsentes Tabulas redacta opera & diligentia M. gualtheri h. Ryff. Argentini Medici.

Ad candidum Lectorem.

HABES LECTOR OPTIME PRIMAM FERE VTILISSIMAM Medicinæ partem, hoc est omnium humani corporis partium descriptionem, seu anatomen, nunc in figuras quasdam tanquàm in fasciculum constrictam, atque in clara luce positam. Quam tu si ob oculos versantem, subinde cum quatuor anatomicarum institutionum Guinterii Andernaci libris, contuleris, frequenterq; ante eas inambules, pro inani pictura inspectes, dispeream si non munitissimas quasque particulas, omnes omnium ossium situs, figuras, venarum, arteriarum, & neruorum propagines, musculorumq; nexus, cum singulis reliquis humani corporis partibus, interioribus & exterioribus, multo facilius tum percipies, tum memoriæ inseres, atq; inscribes. Interim tamen studiosos Adolescentes hoc vnum sum admoniturus, solo iuuandi studio hanc primam, adeoq; difficillimam artis medicę partem, in tabulam, veluti sub aspectum contulisse. Quare si tem rea aliquid alicui pręteriisse, aut non satis diligenter expressisse videbimur, cādide id admoneat, non mordeat. Quo nimirum futurum est, vt olim vbi aut eruditionis, aut ocii plus suppetat, pleniora, instructoriaque proferre conemur, Vale & nostrum conatum boni cōsule.

Membrorum communissima diuisio sequentibus versiculis comprehensa,

Membra similaria.

Octo consimiles sunt partes, neruus, adeps, os,
Arteriæ, venæ, caro, cartilago, cutisque.

Dissimilaria vel officialia.

Officiis animæ numero sunt membra viginti.
Cor, iecur, & cerebrum, testes, vesica, lienq;,
Et stomachus, pulmo, renes, cum pectore, dorsum,
Os, oculi, nares, aures, collum, caput, & pes.

PARISIIS.

Apud Hieronymum Gormontium, via Iacobæa, sub trium Coronarum.

1545. 2f.

IN HAC FIGVRA GENERATIONIS MEMBRA IN MVLIEbri sexu quo ad situm & colligantiam demonstrantur. A. pars venæ cauæ est. B B. venæ seminales candidæ. C C. venæ vterũ amplexates. E E. inuolucrũ ex seminariis venis & arteriis constans. D D. mulieris testiculi. F. matrix siue vterus. G G. cornua matricis. H. orificium matricis interius. I. collum matricis, pudibunda. K K. venæ cauæ truncus in crura implantatus. L L. arteriæ aortæ truncus est. M vesica. Q Q. vreteres. P P. renes. O O. venæ albæ renales.



HAEC PRIMA FIGVRA VIRI OSTENDIT INTERIORA MEM
bra seu viscera. A. itaq; æsophagi initium est, via cibi atque potus. B. Tracheæ arteriæ initium. L.
dextra. K. sinistra pars pulmonis. D. rami venarum & arteriarum cordis. E. dexter cordis ventricu
lus. F. sinister. G. cordis est extremitas. K. C. L. sunt rami insignes venarum & arteriarum, per pul-
monem dispersi. H. imum æsophagi vbi diaphragmati & dorso coniungitur. I. diaphragma, septū
transuersum. A. stomachus. B. Epar. C. splen. D. vesica bilis. E. ima ventriculi pars, portonarius.
H. monocolum intestinum. K. additamentum est grossi intestini in monocolum. F. Colon. I. Re-
ctum. G. reliqua intestina gracilia. A. venæ cauæ pars. BB. renes sunt. CC. vreteres sunt. D. venæ
seminariæ. E. venæ albę. F. vesica. G. testiculi. H. epididimus, testium inuolucrum. II. glandulosæ
partes vbi semen in virgam infunditur
K. vesicę collum. L. penis glans. M. venæ
cauæ truncus. N. Arteriæ aortæ pars
ad crura.

A



IN HAC FIGVRA CADAVERE EXCORIATO HOMInis qualemcunq; musculorum demonstrationem vniuersalem indicare volumus, cernũtur autem hic musculi à fronte vt in subsequenti figura à tergo. B



IN HAC FIGVRA VIDENTVR OMNES MVSCVLI A tergo immediate ſub cute locati excoriato cadauere. Muſculi autem qui in toto humano corpore reperiuntur eſſe numero. C.C.C.C.C.XXXI. eſt autem muſculus membrum compoſitum ex carne neruo & ligamento, & villis carne implente & panniculo cooperiente ſecundum Galenum.



VENAE CAVAE IECORARIAE DESCRIPTIO QVA SAN-
guis omnium partium nutrimentum & vniuersum corpus diffunditur.
Aliqui venæ cauæ ramos insigniores centum & sexaginta octo posuerunt.

C




ARTERIA MAGNA HAORTI EX SINISTRO CORDIS SINV oriens. Et vitalem ſpiritum toti corpori deferens, naturalemque calorem per contractionem & dilatationem temperans.

Notatu dignæ arteriæ magnæ ſoboles centum & quadraginta ſeptem apparent.



HVMANI CORPORIS OSSA PARTE ANTERIORI expreſſa quæ nonnulli in ducenta quadraginta octo, aliqui vero in alium numerum redigere. Fiunt è ſemine, cum id quod eſt craſſiſſimum, à calido vrente induratur, ſicut lapides coquuntur è calido vrente. Sunt autem oſſa veluti truncus ſuſtinens reliquum corpus.

D



LATERALIS SKELETON, FIGVRAE DESIGNATIO,

Diſtichon, oſſium numerum complectens.


Adde quater denis, bis centum ſenaque, habebis
Quam ſis multiplici conditus oſſe, ſemel.




situs, & verus numerus omnium ossium corporis humani, quæ à tergo sunt.

Omnium primum medicinę candidatis ossium natura perdiscenda est, mox musculorum confectio. Nam hæ duæ partes corporis reliquis omnibus veluti fundamenta subiecta sunt.


E




... QVAE IN ORIS CAVITATE HABENTVR atque considerantur, cerni queunt. A.F. in medio Amigdalarum vuam vel columellam dependētem vides. B. larinx, hoc est tracheæ arteriæ extrema pars. C. lingua. E E. colatorium tam narium quam palati, D. superior oris aperti pars.










PRIMA FIGVRA VNIVERSALIS ANATOMIAE CAPITIS humani. A. funiculus eſt inſtituendæ anatomicæ operationis terminus. B. C. inciſiones ſunt per verticem in occiput, & ex tranſuerſo vtrinque ductæ.

Inſtrumenta quibus in anatomicis adminiſtrationibus vtimur, paſſim appoſitis figuris delineata ſunt

a






IN HAC SECVNDA FIGVRA ANATOMIAE HVMANI capitis vides craneum denudatum ab exteriori cute, & interiori membrana, A. itaque crassiorem cutem ex qua capilli oriuntur nigris punctis expressi, designat. B. sub ea cute lentor quidã mucosus est. C. panniculꝰ est circundans totum os capitis qui vocatur pericrancon. D. craneũ cum suturis, os frontis. E E, ossa parietalia. F. vertex. G G. Lapidosa seu petrosa.



PARTEM SVPERIOREM CRANII, ORBICVLARI SERra.II.notata præcedente figura, dissectam atque separatā vides. A.B. exteriores cranij curiculas vt prius designant. C. vero panniculus est nerueus, crassus & firmus cranio proximus, ambiens totam cerebri molam. D. Dextra, E. sinistra pars cerebri. GG. ramuli venarum & arteriarum passim circa substantiam cerebri dispersi. F. medium tramitem cerebri, qui partes disiungit, designat. b




PRAESENS FIGVRA OSTENDIT TIBI QVATVOR PELliculas, duas exteriores. A. B. signatas, duas interiores, duram matrem scilicet, C. piam vero matrem quæ proxime circundat cerebrum quasi fasciola, non modo cerebrum ambiens sed etiam penetrans intra varias plicaturas. D. signatur. E. dextram. F. sinistram partem cerebri designat. G. vertex, confinium atque discriminatio est cerebri.



IN HAC FIGVRA CVM CEREBRVM AD QVANTITATEM fermè trium digitorum penetraueris vides in vtroque latere apparere ventriculum (ſic enim intelligendæ ſunt in cerebro amplæ cauitates) Lunæ modo nuper natæ incuruatum, ventriculorum notæ ſunt. E.F.E.F.G.H.I. funiculi ſunt ſub quolibet ventriculo ex venis & arteriis conſtantes, tecti pellicula cognata piæ matri. Hi funiculi cum ſint longi, & iuncturas habent, & ſunt rubri, vocantur vermes, porriguntur que ad aures vſque ad medium ventriculum. A .panniculus eſt dura mater.



AB.C.D VT HACTENVS CVTEM ET TRES PELLICVlas intra & exta craneum ſignificant. F. F. inferius vtrinque cerebrum diruptis atque conuulſis cauitatibus, quas hic ventriculos cerebri eſſe memineris, demōſtrabit. G. deſignat poſteriorem & duriorem partem cerebri. Circa. E. literam vides notari carunculas mamillares inſtrumēta odoratus notulis. 1 1. ſignatos neruos prodeuntes: 2. 2. nerui optici ſunt qui ſpiritus viſibiles oculis aduehunt, præterea quibuſcunque ſenſuum nerui ſuos numero appoſitos eſſe vides, & cæt.



AA. IN VLTIMA ANATOMIAE CEREBRI FIGVRA VT prius pellicula pia mater est. C. cauitas posterioris cerebri B. infima pars est anteriori cerebri substantiæ. D D infima substantia vtriusque lateris.

Ad basim cerebri, hoc est ad os subditum, palato cōtiguum, plexum reticularem ex arterijs in caput venientibus reperies.

d



IN HAC FIGVRA VIDES CRANEVM A SVBSTANTIA cerebri euacuatum, Basim cerebri, hoc est os cerebro subditum in quo colatorium tamnarium quam palati collocatur, cũ reliquis foraminibus, per quæ nerui sensuum ad sua organa descendũt, reliqua in sequenti figura explicantur.



HAEC VLTIMA FIGVRA, CRANII INFERIOREM PARtem vbi collo implantatur indicat, & inuersum plane craneũ. A A. dentium ordinem exprimit. B. os palati. E. iugale siue paris. D D. colatoria. E E. calamoidi ossa sunt. F F. cranij duæ sunt partes, vbi colli prima & superior vertebra. G. foramen est per quod descendit nucha. H H. ossa sunt petrosa, I I. Occipitis cranij pars, & cætera.

